



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**

Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

X. Quàm multi è Gasparis naui Societatem petierunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

malo est confictatum. Patres certè, ut de reliquis taceam, quorum annona inopum ægrorumque fuerat, eò redacti, vt eam pretio comparare oportuerit, saluti fuit vniuersis portum temporis tenuisse: nam si ad eam moram, quam fecerunt, dies non plures quindecim aut sexdecim accessissent, erat iam de omnium vita conclamatum. Goam ergo ab his malis respiraturi, aduecti sunt octauo vel nono octobris. Frāciscum illi quidem nō inuenerunt; iam enim in Commorinum concesserat: sic tamen à reliquis sunt excepti, vt facile Xauerij, quem breui expectabant, desiderium tolerarent.

CAPUT X.

Quām multi è Gasparis nauis Societas
tempetierint.

GASPAR E M in terrā egressū cum foeijs ad Collegium usque prosequuti sumus: iam in posterum ea dicenda erunt, quæ Goæ, quæ alibi ad Dei gloriam aggreſ-

60 VITAE GAS. BARZAEI

aggressus est ac perfecit. Sed antequam incipiamus, nauigatio hæc admirabili cœleusmate & epiphonemate concludenda, non tam verborum aut sententiarum, quam factorum. Et ego sanè ubi legi, obstupui, & incredibilem propè rem ratus. diligenter expendi; piguisse que referre, quod fucum veritati addere facile videri possem, præsertim illis, qui ex se alios metiuntur, nisi, qui eidem naui præerat, P. Melchior Consaluuus rem sigillatim retulisset. Ea res est, tanta nobilium conuersio, ut ad Societatem horum Patrum, & ut constat, Gasparis præsertim, cuius fine dubio supra cæteros virtus enituit, exemplo, selecta nobilitas inclinarit. Itaque Patres in collegium venientes, veniebant cum exultatione, portantes manipulos suos: ac præter eum, de quo suprà, Ludouicum Gonsaluez, vel alio nomine Mendez, quem in epistola ab eo in Lusitaniam data constat Societatem non petijisse solum, sed & impretraffe

trasse. Hi cooptari in Societatem petierunt; an ea potiti, quoniam de hoc filetur in Patrum litteris, præteribo. Atque in primis Præfectus maximus eiusdem nauis; haud dubium, quin Ioannes de Mendoza, ille Gasparis in Christiana pietate discipulus, de quo alias sæpè: aliis item arcis tota India maximæ Præfectus, qui sic à Consaluo describitur, fortasse munere, quam nomine notior futurus: tertius erat in utroque iure Doctor, quem ut Lufitanis indicet, scribit fuisse P. Urbani socium: quartus fuit is, qui alicui, (Præfecto, ut existimo) à secretis erat, & litteris ac virtute præstabat. His addit sororis Baronis Daluito filium Didacum Lobo nominatum; Idem filium quoque commemorat Præfecti Carceris Africani, quem quidem ex alijs Gasparis litteris voti compotem factum constat, cū pluribus alijs, quos ille nominat: quibus tres alios nobiles adiungit, præter alios multos inferioris notæ, famulos tamen regios, aptos o-

62 VITAE GASP. BARZAEI

mnes ad Societatis nostrę munia ex-
ercenda. Illi tum omnes domi, ut
vocationem suam diligentius excu-
terent cùm hæc scripsit Melchior,
seſe Societatis nostræ commentati-
onibus ex B. Ignatij præscripto ex-
ercebant. Hi omnes an in Societatē
accepti fuerint, constare mihi non
potuit; neque multum ad rem facit.
ad Gasparis enim ac sociorum lau-
dem fatis est Societatis institutum
petiſſe, licet fortassè iustis de causis
ex ijs aliqui, quod vero propius vi-
detur, non impetrarint. Et certè nō
est quòd miremur eam, quæ suprà
commemorata est, in nautica plebe
morum commutationem, cùm tan-
ta fuerit in viris nobilibus, lautè &
pro arbitratu viuere assuetis, ad o-
mnia deserenda, Christique sequen-
di vexilla, non sine omnium admi-
ratione, & magna procul dubio.

Xauerij gratulatione,
facta permu-
tatio.

C A P V T